

bus pacifice frui, & gaudere, non permit- tentes vos per quoscumque quavis auctori- tate fungentes contra earumdem presen- tium tenorem quomodolibet indebite mole- stari, inquietari, vel perturbari: Contra- dictores quoslibet, & rebelles per senten- tias, censuras, & penas Ecclesiasticas, alia- que opportuna juris, & facti remedia, ap- pellatione postposita compescendo, ac le- gitimis super his habendis servatis proces- sibus, censuras, & penas ipsas, etiam ite- ratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii se- cularis.

§.16. Non obstantibus premissis, ac pie memorie Bonifacii Papae VIII. Praedecessoris pariter nostri de una, & in Concilio generali edita de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis vigore presentium ad iudicium non trahatur, necnon Lateranensis Concilii novissime celebrati de cer- to Notariorum numero, etiam si ad illum nondum devenit, cui per hoc alias derogare non intendimus, ac de consensu praestando in pensionibus, & quibusvis aliis etiam per Nos, & Sedem praedictam editis & in posterum edendis Cancellariae Apo- stolicae regulis, ac stylo in similibus haec- tenus observato, ac rec. mem. Alexandri PP. VI. etiam Praed. nostri tertiam partem bonorum Ecclesiasticorum Camerae praedi- ctae debere inter alia disponente, necnon ejusdem Bonifacii PP. VIII. per quam con- cessiones fructus in absentia percipiendi sine praesentatione temporis fieri prohibentur ac Pii Papae IV. Praed. pariter nostri de gra- tiis quaecumque interesse Cam. Apostoli- cae concernentibus in d. Camera intra cer- tum tunc expressum tempus praesentandis, & registrandis, ita quod praesentes in eadem Camera nullo unquam tempore registrare teneamini, ac similis rec. Urbani PP. VIII. etiam Praed. nostri de pensionibus alias tra- nsfatis iterum non transferendis, ac quorum- vis aliorum Roman. Pont. Praedec. nostro- rum, & quibusvis aliis Apostolicis, ac in universalibus provincialibusque, & syn- odalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitut., & Ordinac., necnon legibus, etiam Imperialibus, & municipa- libus, tam Urbis, quam aliarum Civitatum, & locorum, in quibus Cives Originarii creati existitis, & quarumvis Ecclesiarum, Monasteriorum, Ordinum, & Hospitalis praedictorum, necnon quorumvis Colle- giorum, & Officiorum d. Curiae, & Regno- rum, Provinciarum, & Urbis, ac aliarum Civit., & locorum, ac Cam. praedictorum, etiam juramento, confirmat. Apost., vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, stabilimentis, usibus, & naturis, etiam si de illis servandis, & non impetrandis Literis Apost. contra ea, nec etiam ab alio, vel aliis impetratis, aut alias quomodolibet concessis utendo vos per vos, vel procurat. vestros praesentibus for- san haec tenus, vel vos in posterum praestare contigerit juramentum: privilegiis quo- que, indultis, & Literis Apostolicis dictis

Ecclesiis, Monasteriis, Ordinibus, & Ho- spitalibus, illorumque Praesulibus, seu Ora- toribus, & Superioribus, ac Magistris, Prae- ceptoribus, Prioribus, Militibus, etiam Antianis, Capitulis, Conventibus, Civita- tibus, & locis, aliisque praedictis, illorum Communitatibus, & Universitatibus, aliis- que personis, etiam particularibus, nec- non Archiepiscopis, Episcopis, & aliis Ordinariis, etiam eisdem Cardinalibus, ac dictae Curiae Officialibus, illorumque Collegiis, ac etiam decimarum, pedagio- rum, gabellarum, & onerum Exactoribus, & Appaltatoribus, & aliorum onerum re- demptoribus, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam deroga- toriarum derogatoriis, aliisque effica- cioribus, & insolitis clausulis, ac irritanti- bus, & aliis decretis per quoscumque Ro- manos Pontifices Praedecessores nostros, ac etiam Nos, & Sedem praedictam, etiam consistorialiter, ac de eorumdem Cardi- naliu consilio, etiam per modum statu- ti, & constitutionis perpetuorum, ac mo- tu, & scientia similibus, deque Apostolicae potestatis plenitudine, vel ad Imperatoris, Regum, Reginarum, Ducum, Marchio- num, & aliorum Principum instantiam, seu illorum contemplatione in genere, vel in specie, ac alias quomodolibet, etiam iteratis vicibus concessis, etiam si in eis, ac statutis, & stabilimentis praedictis caveatur expresse, vel tacite, quod Urbis nisi origi- nariis Civibus Romanis, ac Civium eor- undem filii conferantur, quodque non- nullarum Ecclesiarum beneficia, nisi per personas illustres, vel nobis es, ac etiam originarios Cives, aut alias certo modo in illis expresse qualificatos obtineri non possint, & nulli Civis Urbis, ac Civitatum, Oppidorum, Terrarum, & Locorum hu- jusmodi admitti, seu illorum privilegiis uti possint, nisi prius in dictis Civitatibus, Oppidis, Terris, & locis per certum tem- pus habitaverint, seu etiam in illis bona, etiam stabilia forsan ad certum valorem ascendencia possederint, quodque praep- toriae, & alia beneficia quaecumque dicti Hospitalis, tam ex eius institutione, quam ex stabilimentorum praedictorum disposi- tione, pensionibus Clericis secularibus, & aliis personis, etiam Apostolica auctorita- te reservandis gravari non possint, quod- que stabilimentis, & privilegiis praedictis, etiam vigore implicitae derogationis latif- sime extendendae, etiam per quascumque Literas Apostolicas, & quavis etiam deroga- toriarum derogatorias, efficaciores, & insolitas clausulas derogari non possit, nec derogatum censeatur, nisi derogatio huiusmodi de consilio Cardinalium eorum- dem fiat, & tum demum Magistri, & Con- ventus praedictorum ad id accedat assensus, sintque literae derogationis huiusmodi, etiam per dictum Magistrum subscriptae, ac illi, & praefato Conventui per diversas in forma Brevis, aut alias literas diversis temporibus cum certis intervallis praesen- tatas intimatae, & non alias, nec alio mo- do,

do, & semper in omnibus, quae sic fient, etiam de simili consilio derogationis sit ap- posita clausula, quod illorum effectum fortiantur de consensu Magistri, & Con- ventus praedictorum, & non alias, nec alio modo; quodque ipsi Exactores, & Appal- tatores decimas, pedagia, & onera huius- modi, etiam ab exemptis exigere, & illos ad solutionem, seu contributionem cogere, & compellere possint, seu debeant. Quibus omnibus, illorum omnium tenores, ac si de verbo ad verbum infererentur, praesentibus pro expressis habentes, il- lis alias in suo robore permanens, hac vice dumtaxat in genere, & in specie ad effectum praesentium sufficienter, & ex- presse derogamus, ac derogatum esse decernimus: Quodque vos primam non feceritis in Ecclesiis huiusmodi personalem residentiam consuetam, ceterisque con- trariis quibuscumque.

§.6. Volumus autem, quod antequam gratia creationis in nostros, & Sedis Apo- stolicae Notarios vobis ut supra facta per- frui valeatis, in manibus alicujus personae in dignitate Ecclesiastica constitutae profes- sionem fidei juxta articulos pridem a Sede praedicta propositos expresse emittere, & solitum fidelitatis juramentum praestare omnino teneamini: Quodque praesentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in dignitate Ecclesiastica consti- tuta munitis, eadem prorsus fides ubique adhibeatur in iudicio, & extra, quae praesentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensa.

Datum Romae apud S. Petrum, sub An- nulo Piscatoris, die 23. Maii 1668. Ponti- ficatus nostri Anno I.

LXI.

Confirmatio Resolusionis a particulari Congregatione per Alexandrum VII. deputata emanatae, quod munus Prote- ctoris Cappellae ad Praesepe Domini in Basilica S. Mariae Majoris de Urbe spectaret ad bon. mem. Cardinalem Pallot- tum tamquam ex Provincia Marchiae Anconitanae oriundum in concursu Do- mini Cardinalis Ursini, qui tamquam de Parentela Sixti V. oriundus illud praetendebat.

CLEMENS PAPA NONUS

Ad futuram rei memoriam.

§.1. D Udm fel. rec. Sixtus PP. V. Prae- decessor noster in suis super ere- ctione Cappellae ad Praesepe Domini nostri Jesu Christi in Basilica Sanctae Mariae Majoris de Urbe sub Plumbo expeditis literis inter alia, ut ejusdem Cappellae, illiusque Fabricae, & Sacristiae, ac Collegii felici, & prospero regimini, gubernio, & conser- vationi opportune consulere, utque

promptum, & paratum esset ejus auxilium, bonae mem. Alexandrum dum vixit Sanctae Mariae in Cosmedin Diaconum Cardina- lem de Monte Alto nuncupatum, suum, ex sorore germana secundum carnem pro- nepotem, & eo vita functo, antiquiorem S. R. E. Cardinalem ex ipsius Sixti Prae- decessoris familia, & parentela, vel in ejus defectum ex Provincia Marchiae Anconitanae oriundum, seu si nullus eorum foret, primum Presbyterum Cardinalem pro tempore existentem ejusdem Cappellae, il- liusque personarum, rerum, honorum, & jurium Protectorem, ac Defensorem, cu- jus consilio, & ope omnia in dictis literis expressa, & quaecumque alia in his, & cir- ca ea quomodolibet necessaria agerentur, statuerentur, & ordinarentur constituit, & deputavit. Ac voluit, & declaravit, quod licet nullo existente sanguine ejusdem, Sixti Praedecessoris Cardinalis, alius ad id ut praefertur vocatus Cardinalis munus Pro- tectoris huiusmodi subire, & exercere ince- pisset, nihilominus si postquam contige- ret aliquem dictae familiae, & parentelae ad Cardinalatus honorem assumi, is in ejus- dem muneris functione praefertur deberet, & Constitutio, & deputatio de cujusvis al- terius persona in Protectorem huiusmodi facta, eo ipso cessare, & expirare cense- rentur, & alias prout in praefatis Sixti Prae- decessoris Literis, quarum tenorem praesentibus pro plene, & sufficienter expres- so, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, uberius continetur.

§.2. Cum autem, sicut pro parte dile- ctorum filiorum Communitatum, & Uni- versitatum, & Hominum Provinciae nostrae Marchiae Anconitanae praefatae Nobis nu- per expositum fuit, sub Pontificatus rec. mem. Alexandri Papae VII. Praedecessoris pariter nostri dilectus filius noster Virgi- nius S. R. E. Cardinalis Ursinus nuncupa- tus tanquam de parentela praefati Sixti Prae- decessoris per quondam Flaviam Perettam Urfinam oriundus bo. me. Joannem Bapti- stam dum vixit ejusdem S. R. E. Cardina- lem Pallottum nuncupatum ex dicta Pro- vincia Marchiae oriundum a munere Pro- tectoris Cappellae huiusmodi excludere, praetenderit, ortaque inter eosdem Virgi- nium ex una, & Joannem Baptistam Cardi- nales ex altera partibus super ea re, ad quem scilicet ex eis dictum munus Prote- ctoris spectaret, controversia, dictus Ale- xander Praedecessor negotium huiusmodi commiserit particulari Congregationi di- lectorum filiorum nostri Giberti S. R. E. Cardinalis Borromei nuncupati, & quatuor Romanae Curiae Praelatorum, nempe Angeli nuncupati tunc in minoribus constituti, & Auditoris causarum Palatii Apostolici munere fungentis, ac Magistri Flamini Taja causarum ejusdem Palatii Auditoris, & Armini Riccii Subdatarii nostri, ac quon. Lazari Botti dum vixit in utraque Signatura Referendarii, qui rationes, & jura partium extrajudicialiter considera- rent:

Transumptio- rum fides.

Dat. die 23. Maii 1668. An. I.

Ex Regest. in Secr. Brevis.

Reconsentur aliae consin- les literae.

Supplicatio 4



rent: Præfati vero Gibertus Cardinalis, & Prælati, auditis pluries earumdem partium informationibus, & motivis, in ea fuerint sententia, quod præfatum munus Protectoris ad memoratum Joannem Baptistam, Cardinalem tamquam ex dicta Provincia Marchiæ Anconitanæ oriundum spectaret; Idque post factam dicto Alexandro Prædecessori totius rei relationem a præfato Giberto Cardinale per Epistolam die 8. Augusti 1661. scriptam significatum fuerit eidem Joanni Baptistæ Cardinali, qui subinde munus Protectoris hujusmodi pacifice exercuit, ac in pacifica, & quieta illius possessione, præfato Virginio Cardinale nunquam in contrarium reclamante, defunctus est; Nobis propterea dicti Exponentes, ne Resolutionis hujusmodi super intellectu prænarati articuli dictarum Sixti Prædecessoris literarum prævia matura discussione emanatæ memoria progressu temporis obliteretur, humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

Confirmat. resolutionem Congregat.

§.2. Nos igitur specialem ipsis exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, ac dictæ Epistolæ tenorem præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & inserto habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, prænaratam Resolutionem, quod scilicet munus Protectoris Cappellæ supradictæ in concursu dicti Virginii Cardinalis, ad memoratum Joannem Baptistam Cardinalem tanquam ex supradicta Provincia Marchiæ Anconitanæ oriundum spectaret a particulari Congregatione præfata emanatam, ut præfertur, auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adiciimus.

Decretum irritans, & clausula tubulata.

§.4. Decernentes easdem præsentibus literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quomodocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari: Sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem S.R.E. Cardinales etiam de latere Legatos & alios quoslibet quacumque præminentia & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum

§.6. Non obstantibus Constitutionibus,

& Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 25. Maii 1668. Pontificatus nostri Anno I.

Dat. die 25. Maii 1668. An.

L XII.

Confirmatio Brevis Gregorii XV. ab Urbano VIII. confirmati per quod Hospitali Beatæ Mariæ Theutonicorum concessa fuerunt privilegia Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani.

Ex Regest. in Secret. Brev.

CLEMENS PAPA NONUS  
Ad perpetuam rei memoriam.

AD pastorale fastigium meritis licet imparibus divina dispositione evecti, ea, quæ de Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum, & Apostolicæ Sedis benignitate in favorem Militiarum, & Hospitalium quorumcumque ad Omnipotentis Dei gloriam, Ecclesiæ præsidium, Christianæque Religionis, & Fidei Catholice tuitionem, & propagationem pie, salubriterque erectorum, & institutorum, ac personarum in eis Altissimo famulantium processerunt, Apostolici muniminis nostri patrocinio cum id a Nobis petitur, libenter constabilimus.

Procuriam.

§.1. Dudum siquidem fel. rec. Gregorius Papa XV. Prædecessor noster omnia, & singula privilegia, indulta, facultates, exemptiones, immunitates, libertates, & gratias tam per se, Sedemque Apostolicam quam per rec. me. Leonem X., Clementem VII., Paulum III., Pium IV., Pium V., Gregorium XIII., Sixtum V., Greg. XIV., Clementem VIII., & Paulum V. Romanos Pontifices similiter Prædecessores nostros dilectis filiis Magno Magistro, & Conventui Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani, illiusque Prioribus, Bajulivis, Præceptoribus, Commendatariis, Fratribus Militibus, Subditis, Vassallis, Colonis, & Presbyteris curam animarum exercentibus concessa, & respective confirmata, Hospitali Domus Beatæ Mariæ Theutonicorum, ejusque Magistro, Prioribus, Bajulivis, Præceptoribus, Commendatariis, Fratribus, Militibus, Subditis, Vassallis, Colonis, ac Presbyteris curam animarum exercentibus concessit, decernens Hospitali Beatæ Mariæ Theutonicorum, illiusque Magistrum, Priores, Bajulivos, Præceptores, Commendatarios, Fratres Milites, Subditos, Vassallos, Colonos, & Presbyteros, nullis aliis privilegijs, gratijs, & indultis, quatenus in hujusmodi concessione non comprehenderentur quovis prætextu, & ex quacumque causa uti, frui, & gaudere posse, nec debere, quinimo illa omnia cessare, ac irrita, & nulla, nulliusque roboris, & momenti esse, & fore, prout in dictis Gregorii Prædecessoris in forma Brevis desuper sub die 23. Decembris 1622. expeditis literis, quarum tenore

Gregor. XV. confirm. Privilegia prout in Rebus.

tenorem præsentibus pro expresso haberi volumus plenius continetur. Et subinde præ mem. Urbanus Papa VIII. etiam Prædecessor noster per suas pariter in forma Brevis die 19. Januarii 1624. expeditis literis, quarum tenorem præsentibus itidem haberi volumus pro expresso, jam dictas Gregorii Prædecessoris literas sub certis modo, & forma tunc expressis, confirmavit, & approbavit.

Petit confirmatio Apostolica.

§.2. Cum autem, sicut pro parte dilecti filii moderni Magni Magistri dicti Hospitalis Beatæ Mariæ Theutonicorum Nobis nuper expositum fuit, prædictæ quidem Gregorii XV., & Urbani Prædecessorum literæ in viridi sint observantia, firmiora tamen, & stabiliora sint ea, quibus sapius Apostolicæ Sedis prædictæ accedit auctoritas, cupiatque propterea idem Magnus Magister literas hujusmodi, Apostolicæ confirmationis nostræ præsidio roborari.

Annuic. Pontif.

§.3. Nos ipsius Magni Magistri votis quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere, eumque specialis favore gratiæ prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Congregationis nonnullorum Ven. Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotijs, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum consilio prædictas Greg. XV., & Urbani VIII. Prædecessoris literas, omniaque, & singula in eis contenta, tenore præsentium perpetuo approbamus, & confirmamus, illisque perpetuæ, & inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adiciimus.

Decretum irritans.

§.4. Decernentes præsentibus literas ullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, vel quopiam alio defectu, etiam ex eo, quod locorum Ordinarii ad hoc vocati non fuerint notari, impugnari, vel invalidari minime, posse minusque sub quibusvis similitum, vel dissimilium gratiarum revocationibus, limitationibus, restrictionibus, & derogationibus comprehendi posse, sed semper ab illis exceptas, & quoties ille emanabunt, toties in pristinum statum restitutas, repositas, & plenarie reintegratas esse; Sicque ab omnibus censeri, & ita per quoscumque Judices, & Commissarios quavis auctoritate fungentes etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.5. Quocirca Ven. Fratribus Moguntin., & Pragen. Archiepiscopis, ac dilecto filio causarum Curie Cameræ Apostolicæ, Rom. Tom. VI. Par. VI.

licæ generali Auditori per præsentibus committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios præsentibus literas, & in eis contenta quacumque ubi, & quando opus fuerint, & quoties pro parte eorumdem Magistris, & Militum, ac Fratrum dicti Hospitalis Beatæ Mariæ Theutonicorum fuerint requisiti solemniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra eos præsentium literarum commodo, & effectui pacifice frui, & gaudere: non permitentes eos per Ordinarios prædictos, aut quoscumque alios contra præsentium tenorem quomodolibet molestari, perturbari, aut inquietari; Contradiutores quoscumque, & rebelles per sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita compescendo, legitimisque super his habendis, servatis processibus, sententiis, censuris, & pœnis hujusmodi incurrisse declarando, illasque etiam iteratis vicibus aggravando, interdictumque Ecclesiasticum apponendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

Contra inobedientes puni.

§.6. Non obstantibus omnibus illis, quæ dicti Gregorius, & Urbanus Prædecessores in suis literis prædictis respective voluerunt non obstaré, ceterisque contrariis quibuscumque.

Derogatio contrariorum

§.7. Aut si aliquibus communiter, vel divisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem.

§.8. Eorumdem autem Prædecessorum nostrorum vestigijs inherentes, volumus, quod Pii V. 22. Septembris anno VI., ac Gregorii XIII. sub Annulo Piscatoris 25. Novembris anno IX. necnon Gregor. XV. Prædecessorum nostrorum sub datum nonis Februarii anno II. Pontificatum suorum expeditis literis in suo robore, & efficacia permanentibus præsentibus literæ non comprehendant, neque Ecclesias, neque personas in his, quæ ad curam animarum pertinent, in quibus Decreta Concilii Tridentini, ac in prædicta Gregorii XV. Constituitur, contenta omnino servari debeant.

Transumptum fides.

§.9. Ac quod præsentium literarum transumptis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, in iudicio, & etiam extra illud, ubique locorum plena, & indubitata, eademque prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. die 9. Junii 1668. An. I.

Datum Romæ apud S. M. M. sub Annulo Piscatoris die 9. Junii 1668. Pontificatus nostri Anno I.



Ex Regest. in Secret. Brev.

Commissio Nuncio Florentiae super subsidio ab Ecclesiasticis Status Senen. confendo pro expensis Fluminum, Fossatorum, & Aggerum, ac viarum Aquaeductuum, & aquarum decursionum Districtus, & Status Senen.

Dilecto filio nostro, & Apostolicae Sedis apud dilectum filium Nobilem virum Ferdinandum Erruria sibi subiecta Magnum Ducem Nuncio.

CLEMENS PAPA NONUS

Dilecte fili noster salutem, & apostolicam benedictionem.

Exordium.

IN suprema Apostolicae servitutis specula, meritis licet imparibus, constituti, non ad illa tantum quae personarum Ecclesiasticarum commoda, & privilegia, verum etiam, quae Laicorum Christianissimorum, uti unius, ac ejusdem Ecclesiae membrorum, onera sublevanda respiciunt, praesertim cum de publica, & communi omnium utilitate agitur, uti communis, ac providus omnium Pater considerationis nostrae intuitum interdum dirigere debemus.

Motiva.

§.1. Cum itaque, sicut accepimus, redditus publici pro expensis Fluminum, Fossatorum, & aggerum, necnon viarum, Aquaeductuum, & Aquarum decursionum, seu diversionum in Territoriis, Districtu, & Statu Senen., aliisque locis ad quae Magistratus Conservatorum Status Senen. jurisdictionis extenditur, etiam si essent membra, seu pars Dioecesium Episcoporum extra eundem Statum Senen. constitutorum assignati, expensis hujusmodi non sufficiant nec ei rei per impositiones super bonis laicorum provideri possit, attento, quod bona hujusmodi bonam partem in potestatem personarum Ecclesiasticarum transferant; Dilecti vero filii Magistratus Conservatorum praefatorum Ecclesias, Monasteria, & alia loca pia, ac Clericos, aliasque personas Ecclesiasticas tam seculares, quam Regulares, etiam exemptas, etiam Religionis Militiae Sancti Stephani ratione beneficiorum illi unitorum, ac etiam Hospitalis Sancti Joannis Hierosolymitani ratione Commendarum pro rata bonorum ad eos in Civitatibus, Districtibus, & Territoriis dicti Status Senen., & quousque jurisdictionis dicti Magistratus extenditur consentium, & per eos possessorum ad contribuendum una cum laicis in expensis pro Fluminibus, Aggeribus, Fossatis, Viis Aquaeductibus, & aquarum decursionibus, sive diversionibus hujusmodi ex eo quod id publicum, & communem tam laicorum, quam Clericorum utilitatem respiciat teneri, & obligatos esse, ac forsitan etiam in iudicio, licet de facto pretendant: Nos considerantes explorati juris esse Clericos, & Ecclesiasticas personas ob communes utilitates, & necessitates, etiam si laicorum

facultates non suppetant, ad hujusmodi contributionem nec cogi, nec alias etiam sponte concurrere posse, nisi Episcopus, & Clerus tantam necessitatem, & utilitatem inveniant, ut consulto etiam prius Romano Pontifice pro tempore existente aliquid subsidium per Clericos, & Ecclesiasticas personas conferendum fore duxerint; Motu proprio, non ad cuiusquam Nobis desuper oblatae petitionis instantiam, sed ex mera deliberatione, & certa scientia nostris discretioni tuae per praesentes committimus, & mandamus, quatenus de praemissis te diligenter informes, & si inveneris tantam adesse necessitatem, vel utilitatem, neque laicorum facultates ad id suppetere, ac propterea existimes per Clericos, ac Ecclesiasticas personas aliquid subsidium conferendum, tunc cognito quantum supra redditus publicos ad faciendas dictas expensas deficit, pro eo, quod deficit summam per Ecclesias, Monasteria, & alia pia loca, ac Clericos, aliasque Ecclesiasticas personas tam seculares, quam regulares etiam exemptas, etiam per Religionem Sancti Joannis Hierosolymitani ratione Commendarum, ac Militiae Sancti Stephani hujusmodi ratione Beneficiorum ei unitorum singulis annis conferendam Apostolica auctoritate nostra arbitris, & taxes; ita tamen, ut etiam ad ratam bonorum possessorum, & eorum fructuum Clerici, & aliae personae Ecclesiasticae supradictae sponte conferant. Et successive summam a Te, ut praefertur, taxandam remediis opportunis per aliquem, seu aliquos a Te deputandum, seu deputandos exigi, & exactam pro subsidio, ut supra, cui, seu quibus opus fuerit consignari cures, ac facias, & insuper pro faciliiori hujusmodi negotii expeditione, tibi unum, seu plures super recognitione praemissorum, non tamen quoad taxam praefatam, quam per Te ipsum, ut supra fieri volumus deputandi, & substituendi licentiam, facultatem, & auctoritatem concedimus, & impartimur.

Nuncio Apostolico committitur taxa subsidii prout in Rubr.

Contrariis derogat.

§.2. Non obstantibus praemissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis necnon quarumvis Ecclesiarum, vel Monasteriorum, & Regularium locorum, aut Congregationum, seu Militiarum etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis eisdem Ecclesiis, Monasteriis, Regularibus locis, Ordinibus, ac Militiis, illorumque Praesulibus, Capitulis, Canonicis, Superioribus, Magnis Magistris, aliisque personis sub quibuscumque tenoribus, & formis, etiam per viam statuti proprii, aut legis universalis, seu contractus, vel quasi ex quibusvis causis, & occasionibus, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, necnon irritantibus, & aliis decretis per quoscumque Romanos Pontifices Praedecessores nostros, & Sedem Apostolicam

ac

Pro expensis jam factis cle- rum pro rata teneat man- dat.

ac etiam per Nos etiam motu pari, & confistorialiter in genere, vel specie concessis hactenus, & imposterum concedendis. Quibus omnibus, & singulis etiam si de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & expressa mentio in praesentibus faci- enda foret, illis alias in tuo robore per- mansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contra- riis quibuscumque.

§.3. Volumus autem, & motu simili decernimus, quod pro expensis ex dicta causa factis in praeteritum ab octo annis us- que in praesentem diem decursis Clerici, & persona Ecclesiasticae supradictae subsidium hujusmodi per Te, ut praefertur, taxandum, nempe ratam octo annorum decursorum hujusmodi quolibet ex infra scriptis quindecim annis similiter prestare, ac in dictis expensis pro rata concurrere teneantur; quodque praefens subsidium ad quindecim annos proximos dumtaxat praestari possit, & debeat, quibus elapsis, illud omnino cesset, & cessare censetur eo ipso, neque ad illius praestationem Clerici, aut persona Ecclesiasticae hujusmodi ulterius teneantur, aut obligati existant, & id quod per Clericos, & Ecclesiasticas personas conse- retur, a laicis humiliter, & cum gratiarum actione recipiatur, praestatioque subsidii hu- jusmodi quoad expensas pro ornatu Fon- tium, & Fortalitiorum reparatione non- intelligatur, neque de illis in Taxa per te, aut possessores faciendae ratio aliqua ha- beatur.

Dat. die 11. Junii 1668. An. I.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 11. Junii 1668. Pontificatus nostri Anno I.

LXIV.

Moderatio Constitutionis Clementis VIII. locum ciborum Paschalium pro Fratribus S. Francisci de Paula ad Infirmarias Conventuum restringentis.

CLEMENS PAPA NONUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

INjuncti Nobis caelitus pastoralis officii ratio postulat, ut pater nam religiosorum virorum Altissimi obsequiis, sub aucterioris vitae regula mancipatorum curam gerentes, illorum necessitatibus, quantum cum Domino possumus, benigna, salubrique moderatione consulere studeamus.

Conf. Clementis VIII. refertur.

§.1. Exponi siquidem Nobis nuper fecit, dilectus filius Petrus de Confentia, Zelosus, seu Procurator Generalis Ordinis Fratrum Sancti Francisci de Paula Minorum nuncupatorum. quod dudum, videlicet anno 1596. fel. rec. Clemens Papa VIII. Praedecessor noster, peculiari Constitutione Fratribus dicti Ordinis prohibuit sub poena privationis vocis activae, & passivae per triennium, ne durantibus eorum infirmitatibus, in quibus dumtaxat eisdem

Bull. Rom. Tom. VI. Par. VI.

licitum est vesci cibis Paschalibus, Conventibus egredere.

§.2. Verum quotidiano experimento comprobatum est, ex Constitutionis hujusmodi, optimo licet consilio emanatae, observatione, multa oriri incommoda, cum Fratres praedicti talibus sepeissime corripiantur corporis infirmitatibus, ut ad aquas minerales, vel potandas, vel earum balneis utendi ergo se conferre cogantur, quae remedia nullatenus adhiberi valent, nisi cibis Paschalibus juxta medicinae regulas utantur, atque ita Constitutionem praedictam infringant, ac poenis per eam latis sese exponant, si mortis periculum evadere velint.

Concedit prout in rubr.

§.3. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, praemissis attentis, Ordo praedictus Zeloso, seu Procuratori Generali ipsius Ordinis pluries injunxerit, ut memoratae Constitutionis moderationem ab hac Sancta Sede impetrare curaret; Nobis propterea dictus Petrus ejusdem Ordinis nomine humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere, & ut infra indulgere, de benignitate apostolica dignamur.

§.3. Nos igitur ejusdem Petri votis favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium tantum consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de nonnullorum Romanae Curiae Praelatorum, a Nobis super negotio hujusmodi specialiter deputatorum consilio, praedictam Clementis Praedecessoris Constitutionem, per quam locus esus ciborum Paschalium pro Fratribus d. Ordinis ad Infirmarias Conventuum restringitur, auctoritate Apostolica, tenore praesentium ita moderamus, ut eisdem Fratribus liceat etiam extra Infirmarias hujusmodi cibis Paschalibus vesci durante necessitate accessus, recessus, & mora ad balnea, de consilio Medici, & cum licentia Superiorum, quorum conscientiam oneramus; ita tamen ut in reliquis nihil relaxatum intelligatur disciplinae regularis.

Decernimus irritans.

§.3. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit plenissime suffragari; Sicque in praemissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum & inane, quidquid fecerit super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, non obstante praedicta Clementis Praedecessoris aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Derogatio contrariis.

L12

Vo.



Transumptis  
fides danda.

§.5. Volumus autem, ut eorumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem ubique fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. die 19.  
Junii 1668.  
An.I.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 19. Junii 1668. Pontificatus nostri Anno Primo.

LXV.

Ex Regest. in  
Secr. brev.

Confirmatio Privilegii Ordinis Sancti Antonii Viennen. a Bonifacio VIII. concessi, ut illius Religiosi Regulam Sancti Augustini fervarent, & Canonici Regulares ejusdem Sancti Antonii vocarentur.

CLEMENS PAPA NONUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Pastoralis officii, quod auctore Deo gerimus sollicitudo Nos admonet, ut religiosorum virorum in Ecclesia Dei strenue laborantium statui, quieti, & felicibus progressibus, quantum Nobis ex alto conceditur consulere jugiter studeamus.

Expositio.

§.1. Expositi siquidem Nobis nuper fecit, dilectus filius Procurator Generalis Ordinis Canoniorum Regularium Sancti Antonii Viennen. sub regula Sancti Augustini, quod cum Religiosi dicti Ordinis a primæva illius erectione anno 1905. sub Pontificatu fel. rec. Urbani Papæ II. Prædecessoris nostri facta servitio Hospitalitatis, & præsertim curæ Infirmorum morbo, qui ignis sacer Sancti Antonii vulgo vocatur laborantium operam semper impenderint, horum consideratione nonnulli Romani Pontifices Prædecessores nostri eisdem Religiosos multis privilegiis decorarunt, & inter hos re: me: Bonifacius Papa VIII. per suas anno 1297. emanatas literas Prioratum Sancti Antonii Viennen. in Francia in Abbatiam erexit, illiusque Priorem instituit Abbatem Generalem Ordinis prædicti, ac Regulam Sancti Augustini eidem Ordini concessit, & servandam præscripsit illius Religiosis, quos in futurum Canonicos Regulares Sancti Augustini Ordinis Sancti Antonii Viennen. haberi, & vocari debere declaravit.

Bonifac. VIII  
Ordini concessit  
qualitatem  
Canoniorum  
Regularium.

Privilegium  
ab aliis Pontificibus  
confirmatum.

§.2. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, licet hoc Bonifacii Prædecessoris privilegium a piæ me: Innocentio VI., Joanne XII., Martino Quinto, Eugenio IV., Calisto III., Sixto Quarto, Leone X., Clem. VII., Paulo III., Gregorio XV., & Urbano VIII. Romanis Pontificibus Prædecessoribus pariter nostris confirmatum fuerit, prout in eorum literis confirmatum expeditis dicitur contineri, dictusque Ordo privilegii hujusmodi, ac antiquitatis suæ institutionis vigore, in processibus

publicis, aliisque Congregationibus debita præcedentia semper gavifus sit: Nihilominus Religiosi ejusdem Ordinis in aliquibus eorum Præceptoris, & Dombus Sancti Antonii desuper contra omnem justitiam molestentur: Nobis propterea dictus Procurator Generalis humiliter supplicari fecit, ut privilegium præfatum, ac qualitatem Canoniorum Regularium Religiosis dicti Ordinis, ut præfertur, concessam, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiare, de benignitate apostolica dignaremur.

Annuie Pontificis, & confirmat.

§.3. Nos igitur Procuratoris Generalis votis hac in re favorabiliter annuere, eumque specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Ven. Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum consilio, petitam confirmationem, ad limites Literarum memorati Urbani Octavi Prædecessoris, Idibus Junii 1624. expeditarum, auctoritate apostolica, tenore præsentium concedimus.

Decretum irritans.

§.4. Decernentes easdem præsentibus literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari; Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§.5. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon omnibus, & singulis illis, quæ in præfatis Urbani Prædecessoris Literis concessa sunt non obstat, cæterisque contrariis quibuscumque.

Transumptis fides.

§.6. Volumus autem, ut eorumdem præsentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique tam in judicio, quam extra adhibeatur, quæ ipsi præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. die 25.  
Junii 1668.  
An.I.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die vigesima quinta Junii 1668. Pontificatus nostri Anno I.

Indul-

LXVI.

Supplicatio

Indultum, ut Religiosus Sacerdos professus Congregationis Monachorum S. Hieronymi in Regnis Hispaniarum specialiter ab eadem Congregatione deputandus, Notarii munere ad effectum capiendi Informationes super puritate Sanguinis Monachorum ad professionem in eadem Congregatione admittendorum tantum fungi possit.

CLEMENS PAPA NONUS

Ad futuram rei memoriam.

Supplicatio

§.1. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Josephus a Toletio Minister Generalis Congregationis Monachorum Sancti Hieronymi in Regnis Hispaniarum, quod cum dicta Congregatio tum propter exactam Regularis disciplina observantiam, virosque doctrina, atque pietate conspicuos, qui in ea semper floruerunt, tum propter propensam Regum eorumdem Hispaniarum Catholicorum quorum Cadavera in Ecclesia Monasterii de Escoriali dictæ Congregationis sepeliri solent, erga ipsam Congregationem voluntatem, in illis partibus semper fuerit in magna hominum existimatione, atque veneratione, ad hanc tuendam jam dudum factum fuit in eadem Congregatione statutum a fel. rec. Alexandro Papa VII. Prædecessore nostro confirmatum, ut nemo in eadem admittatur, qui ad Christianam Religionem, Fidemque Catholicam recenter sit conversus, aut ex aliqua Secta per Sedem Apostolicam reprobatam originem trahat. Et pro hujus statuti observatione, quando aliquis ad professionem in aliquo ejusdem Congregationis Monasterio admittendus est, deputari solet de consensu Capituli illius Monasterii Monachus ad capiendas debitas Informationes super puritate Sanguinis, aliisque supradictis, qui Monachus cum nullam habeat Jurisdictionem, cogitur pro capiendis Informationibus hujusmodi rogare Judices Laicos, ut facultatem tribuant Notario capiendi in præsentia ejusdem Monachi, & testium una cum juramento debitas Informationes prædictas. Sed multorum annorum experientia compertum est maxima oriri incommoda ex eo, quod in hujusmodi rebus Ecclesiasticis ad Judices Laicos recurri, & Notariis Laicis uti necesse sit, cum testes veriti ne eorum secreta depositiones a Notario Laico revelentur, quandoque veritatem occultent, & quod pejus est aliquando contra illam deponant: Unde ultra graves impensas, quæ in præmissis sunt, memoratæ Congregationis candor interdum contaminatur.

Statutum Congregat.

§.2. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, dictus Josephus Minister Generalis plurimum cupiat Monachos Congregationis prædictæ ad effectum faciendi probationes necessarias, ac recipiendi ju-

ramenta, & depositiones Testium super puritate Sanguinis, aliisque, ut præfertur, requisitis Notarii munere fungi posse: Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, & infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

Indulget ut Monachus deputandus Notarii munere fungatur.

§.3. Nos igitur ipsum Josephum Ministrum Generalem specialis favore gratiæ prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati, ut Notarii munere, ad effectum tamen de quo agitur tantum, fungi possit alius Religiosus Sacerdos professus ejusdem Congregationis pietate, & fide probatus specialiter ab eisdem deputandus a quibus enarratus Monachus ad assumendas Informationes deputatur, auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus, & indulgemus.

Decretum irritans.

§.4. Decernentes easdem præsentibus literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari; Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§.5. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit dictæ Congregationis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis, Quibus omnibus, & singulis illorum tenores, præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Transumptis fides.

§.5. Volumus autem, ut eorumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique tam in judicio, quam extra adhibeatur quæ ipsi præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. die 23  
Julii 1668.  
An.II.

Datum Romæ apud S. M. M., sub Annulo Piscat. die 23. Julii 1668. Pont. nostri Anno II.

Con-



Ex Regest. in  
Secret. Brev.

Confirmatio Privilegiorum quorundam Collegio Germanico, & Ungarico, ac Cardinalibus illius Protectoribus a Julio Tertio, Gregorio XIII., & Clem. VIII. circa Jurisdictionem privatam dictis Cardinalibus in causis ejusdem Collegii, ejusque Ecclesiarum, & Monasteriorum illi unitorum competens concessorum, & a Gregor. XV. confirmatorum, declaratorum, & extensorum cum declaratione, quod dicti Cardinales uti possint superioritate, & jurisdictione privata hujusmodi quoad Monasteria, & Ecclesias, ut praefertur, unita, quae in praesentibus exprimentur.

## CLEMENS PAPA NONUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Procuramus.

AD pastorale fastigium divina dispositione evecti, illis, quae a Romanis Pontificibus Praedecessoribus nostris Catholicae Fidei conservationi, & propagationi Apostolicae charitatis zelo laudabiliter studentibus pro perpetua conservatione, salubrique directione Seminariorum, & Collegiorum quorumcumque praesertim in hac Alma Urbe verae religionis arce erectorum, ex quibus uberes in Ecclesia Dei fructus benediciente Domino affluere proveniunt pie, prudenterque decreta, atque constituta esse noscuntur, ut firmiora semper, atque stabiliora persistant, Apostolici muniminis nostri libenter adiungimus firmitatem.

Recentiorum  
privilegia Col-  
legii, & pra-  
fectorum literae  
Gregor. XV.

§. r. Dudum siquidem fel. rec. Gregorius Papa XV. Praedecessor noster nonnulla privilegia, facultates, & indulta Collegio Germanico, & Hungarico de Urbe, necnon tunc, & pro tempore existentibus S. R. E. Cardinalibus ipsius Collegii, ejusque personarum, rerum, & bonorum quorumcumque Protectoribus a rec. mem. Julio III., Gregorio XIII., & Clemente VIII. Romanis Pontificibus Praedecessoribus pariter nostris concessa confirmavit, & approbavit, nonnullaque declarationes super eorumdem Cardinalium Protectorum superioritate, & jurisdictione private ad alios quoscumque Judices eis in causis ipsum Collegium, ejusque personas, res, & bona, ac Ecclesias, Monasteria, & Beneficia illi unita quomodolibet concernentibus competente fecit, aliaque disposuit, decrevit, & ordinavit, prout uberius continetur in ipsius Gregorii Praedecessoris litteris sub plumbo desuper expeditis tenoris qui sequitur, videlicet: Gregorius Episcopus servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. In supremo militantis Ecclesiae solio, & Apostolicae potestatis plenitudine summa Redemptoris nostri benignitate constituti, ea, quae pro Seminariorum quorumlibet, praesertim in Alma Urbe nostra per Romanos Pontifices Praedecessores nostros ad christianam juventutis

piam, & religiosam educationem, ac in Ecclesiasticis, aliisque salutaribus disciplinis instructionem proinde institutorum, conservationem, & manutentionem a diversis Romanis Pontificibus etiam Praedecessoribus nostris concessa, & ordinata fuerunt, ut perpetuo firma, & illibata persistant, libenter Apostolico praesidio communimus, necnon dubia, si qua circa ea temporum incuria insurgere comperimus, ne exinde litium dispendia prorumpant declinamus, & declaramus, ac alias disponimus prout rerum, & temporum ratio postulat, Nosque conspiciamus in Domino salubriter expedire. Dudum siquidem per fel. rec. Clementem Papam VIII. Praedecessorem nostrum accepto, quod Julius III. & Gregorius XIII., etiam Praedecessores nostri motu proprio, & ex certa eorum scientia, ac de Apostolica potestatis plenitudine ad divinum ubique cultum ecclesiasticam disciplinam restaurandum, & augendum, animarumque salutem procurandum, ac ad Dei Omnipotentis laudem in dicta Urbe Collegium Germanicum, & Ungaricum appellatum respective erexerant, & instituerant, ipsumque Collegium, ac illius Scholares, & Ministros pro tempore existentes, eorumque bona omnia cujuscumque qualitatis, & quantitatis in dicta Urbe, vel extra eam, & alias ubique locorum consistentia ab omni jurisdictione, correctione, visitatione, dominio, superioritate, & potestate pro tempore existentis Vicarii, Senatoris, & Conservatorum, ac Reformatorem ejusdem Urbis, necnon Rectoris studii generalis Urbis praedictae, aliorumque quorumcumque Judicum, & Officialium in ipsa Urbe, vel alias ubilibet constitutorum protulsi liberos, immunes, & exemptos, ac libera, immunita, & exempta respective fecerant, & constituerant, necnon eos, & ea sub Beati Petri, & Sedis Apostolicae protectione susceperant, & insuper idem Gregorius Praedecessor tunc in humanis agentibus bonem. Joannem Moronum Ostiensem, & Alexandrum Farnesium Praenestinem, & Ptolomeum Comensem Sabinsensem, Episcopos, necnon Marcum Sitticum Sanctae Mariae Transiberim ab Altemps, & Ludovicum Sancti Honuphrii titulorum Sanctae Romanae Ecclesiae Presbyteros Madruccium nuncupat. Cardinales dicti Collegii, & illius Collegialium, & personarum, ac bonorum quorumcumque Protectores constituerat, & deputaverat, illisque omnes, & singulas etiam obligationes in forma Camerae, ac super jure congruo, & quascumque alias causas civiles, & criminales, meras, & mixtas dicti Collegii, illiusque Collegialium, Scholarium, Rectorum, aliorumque Ministrorum, & Officialium pro tempore existentium hujusmodi in rebus, & negociis, Collegium praefatum, & illius res, jura, & actiones, ac bona concernentibus tam active, quam passive per se ipsos, aut alium, seu alios, qui eis viderentur, etiam summarie, simpliciter,

pliciter, & de plano, ac sine strepitu, & figura Judicii, necnon manu regia, nulla- que tela judiciaria servata, sed sola facti veritate inspecta, ac etiam omnia, & quaecumque appellatione remota audiendas, cognoscendas, decidendas, sineque debito terminandas, vel etiam delegandas, & quatenus opus foret citandi, & inhibendi, ceteraque omnia opportuna faciendi, & exequendi, liberam concesserat facultatem, decernens irritum, quidquid secus super his scierit, vel ignoranter contingeret attentari, prout in quibusdam Julii sub dat. Pridie Calen. Septembris Pontificatus sui Anno Tertio, ac etiam Gregorii Praedecessorum praefatorum, sub dat. octavo Idus Augusti secundo, & sub dat. Idibus Julii tertio, & sub dat. Kalen. Martii septimo, & sub dat. Idibus Aprilis octavo, & aliis diversis litteris, & commissionibus diversis sui Pontificatus Annis, & temporibus expeditis continetur, & stantibus praemissis minime dubitari posset, aut deberet, quod nullus alius Judex quaecumque potestate, & auctoritate munitus tam Ecclesiasticus, quam secularis, & tam Ordinarius, quam delegatus tam in dicta Urbe, quam extra eam in causis, & negotiis dicti Collegii Germanici, & Ungarici se intromittere posset, nihilominus ab aliquibus id, ut idem Clemens Praedecessor, etiam acceperat in dubium vertebatur, ac nonnullis in causis concernentibus Collegium, & illius personas, res, & bona quaecumque hujusmodi contra mentem, & intentionem dictorum Praedecessorum sese intromittere procurabant, dictus Clemens Praedecessor omnem in praemissis dubitandi occasionem tollere volens, ac omnium, & singulorum dictorum Praedecessorum litterarum, & commissionum, ac concessionum, & per eas praedictis Collegio, & Scholaribus, eorumque Ministris, & personis, necnon bonis, juribus, & rebus quibuscumque concessorum privilegiorum, indultorum, exemptionum, & concessionum tenores, ac compendia sub quibuscumque verborum expressionibus, & formis, ac si de verbo ad verbum inserti forent pro expressis habens necnon etiam illas, & illa perpetuo approbans, & confirmans motu simili, & ex certa scientia sua, ac de Apostolica potestatis plenitudine, dicta auctoritate statuit, & ordinavit, & ita etiam eorumdem Praedecessorum mentem, & intentionem fuisse declaravit, quod praeter praedictos Collegii Germanici, & Ungarici hujusmodi Protectores, nullus alius Judex quaecumque dignitate, auctoritate, privilegio, & facultate munitus tam Ecclesiasticus, quam Secularis, ac tam Ordinarius, quam delegatus tam in dicta Urbe, quam extra eam, in causis, & negotiis ad Collegium praefatum, illiusque personas, res, & bona, ac jura quomodolibet ex quovis capite spectantibus, & pertinentibus tam praesentibus, quam futuris tam super obligatione in forma Camerae Apostolicae, & jure congruo, quam alias quomodolibet, & ex qua-

vis causa, terminique judicialis, & censurarum susceptione, ac quavis alia de necessitate exprimenda causa, sive active, sive passive tam in prima, quam secunda, & ulteriori instantia, ac in quacumque Judicii, & litis parte tam circa res, bona, & jura ipsius Collegii, quam illius personas quomodolibet exercere, sed quod omnis jurisdictionis, & superioritas in omnibus, & singulis causis supradictis, ac quibuscumque aliis civilibus, et criminalibus, meris, et mixtis, ipsum Collegium, et illius Scholares, et Ministros, ac Officiales, et personas, eorumque bona, res, et jura quaecumque aut alia quomodolibet concernentibus, ad praedictos, et pro tempore existentes ejusdem Collegii Protectores, vel eorum Judices, seu Judices deputatos, seu deputatos, vel deputandum, seu deputandos pleno jure, & in quacumque instantia, etiam private quoad omnes alios quoscumque Judices, etiam quoad illarum finalem, & totalem executionem, cum facultate illas omnes quomodolibet coram aliis quibuscumque, & pendentibus, & pendentes realsumendi, & illis sub Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis arbitrio suo imponendis, & moderandis, inhibendi, ac in eventum non paritionis, contradicentis, sententias, censuras, & poenas praedictas incurrisse, servata forma Concilii Tridentini agerandi, declarandi, reaggravandi, interdicendi, auxiliumque brachii secularis ad id si opus foret, invocandi, attentata, & innovata quaecumque revocandi, ac omnia, & singula in praemissis, & circa ea necessaria, & opportuna faciendi, dicendi, & exequendi, spectare, & pertinere in omnibus, & per omnia perpetuo deberent, ac etiam eisdem, & pro tempore existentibus dicti Collegii Protectoribus, & Defensoribus, eorumque judicibus denuo indultis, ac eis amplam, liberam, & omnimodam desuper facultatem, & auctoritatem impartitus fuit, districte propterea inhibens omnibus, & singulis aliis judicibus supradictis Ecclesiasticis, & secularibus quavis auctoritate, dignitate, & potestate fungentibus, & functuris tam in Alma Urbe, quam extra eam consistentibus, ne sub nullitate omnium, & singulorum actorum, Processuum, Decretorum, Mandatorum, & aliorum quorumcumque per eos fiendorum contra declarationem, indultum, & facultatem hujusmodi in dicti Collegii, illiusque personarum, & rerum, causis, litibus, negotiis, & controversiis tam civilibus, quam criminalibus, meris, & mixtis quovis modo, seu pretextu, etiam ratione privilegiorum, & indultorum ipsius, & eorum Officiorum, & Tribunalibus, etiam per dictam Sedem, aut alias quomodolibet concessorum sese ingerere auderent, seu praesumerent quoquomodo, ac etiam inane decrevit quidquid secus super his a quocumque quavis auctoritate scierit, vel ignoranter contingeret attentari. Non obstantibus litis pendentibus, si quae essent, & quibusvis Apostolicis, & in univelsalibus, provin-